



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Historia Visitationis B. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

MEDITATIONES. 239

guitate, sed potius se humiliaverit, dicēs:
Ecce ancilla Domini, fiat, quicquid ille or
dinavit, vel mandavit.

DOCUMENTA.

1. Fili, si vis à Deo exaltari, age ut ex
emplo Maria tua humilitas nascatur ex
corde.

2. Ne queras, nec gaudeas laudari ab
hominibus; Maria siquidem ab angelo lau
data, turbata est.

3. Fili, si velis animam tuam esse ca
ram, & pulchram in oculis tui Domini, or
na eam castitate & humilitate sicut eam
ornavit Maria.

HISTORIA VISITATIONIS

B. Mariae.

CUM Maria cognovisset ab angelo, a *LUC. CA. I*
Elisabeth à Deo donatam gratia

conciipiendi in senectute & sterilitate, ex
urgens ab oratione abiit visitatum illam,
ut illi de recepto dono congratularetur.

Quo in itinere licet aspero, propter mon
tes, & longo (Nazareth enim, vnde illa di
scellit, usque ad confinia Hierosolymæ, *b LUC. IB.*

in quibus exstabat, auctore *b Beda & Au*
gustino domus Zachariæ, tridui itinere *cin ferm. de*
distabat) teste Bernardo. non sensit fasti. *ver. Apoc.*
dium, quod sentire solent mulieres post

K CON-

conceptionem, eo, quod eius conceptio non esset humana, sed diuina. *d* MARIA, ut peruenit in domum Zachariæ, salutauit Elizabeth, tantæque efficaciz fuit illa salutatio, ut etiam infans in utero Elizabeth exultauerit. Mansit autem ibi MARIA quasi mensibus tribus.

e in Luc. c. 1 Theophylactus scribit, MARIAM prius inde discessisse, quam Elizabeth pareret, idque videtur indicare B. Lucas, tñ, quia non decebat virgines interesse mulierum partui, tum, quia magna hominum turba confluxerat ad videndum miraculo-

f in bo. adu. sum partum Elizabeth. *f* Eusebius Emis-
f. 6 Can de senus ait, omnes in familia illa tantam af-
B. Mar. l. 4 fectionem habuisse erga Mariam, ut sum-
63. mo cum illorum dolore inde discesserit.

PUNCTA MEDITATIONIS

1. **C**ontemplare, quomodo MARIA post actas Domino gratias pro donis acceptis, abierit, ut cognatam suam Elizabeth inuiseret, eidemque ministraret. Quo itinere cogitandum, multos angelos suum Regem, Reginamque comitatos esse.

2. **C**ONSIDERA, quomodo ad huius sacræ aræ aduentum domus Zachariæ fuerit benedicta. Elizabeth enim repleta fuit spiritu sancto, & Ioannes Baptista

MEDITATIONES. 241

ante natiuitatem suam est sanctificatus.

3. Contemplare, quomodo Elizabeth obstupefacta, matrem Dei, tanta humilitate & caritate ad se venientem, exclamando laudari: Virgo verò pio Cantico Dominum magnificari, omnia bona sua laudesque in illum tanquam auctorem referendo,

DOCUMENTA.

1. Fili, quo plus exaltatus à Deo fueris: tanto amplius exemplo Maria demittere te debes coram proximo tuo, ex amore Dei.

2. Vis ditare animam tuam? stude cōuersari cum hominibus pijs, Deoq; dilectis.

3. Gloriarì de laudibus qua ab alijs dicuntur, vel non agnoscere Dominum auctorem bonorum ab eo receptorum, non est aliud, quàm Deum suis bonis spoliare, & alere superbiam.

HISTORIA DE SVSPICIONE
Ioseph.

¶ CUM Maria iam tres menses grauida ex domo Elizabeth in Nazareth reuertisset, & Ioseph ignoraret quid actū esset inter Angelum Gabrielem & Mariam, ccepit varijs suspicionibus agitari. Ex vna parte videbat B. Virginem in omnibus actionibus suis spirare sanctitatem

K 2

& ca.